

Phaedrus I,26

Vulpes et ciconia

Nulli nocendum: si quis vero laeserit,
Multandum simili iure fabella admonet.

Vulpes ad cenam dicitur ciconiam
Prior invitasse et illi in patina liquidem
Posuisse sorbitionem, quam nullo modo
Gustare esuriens potuerit ciconia.
Quae vulpem cum revocasset, intrito cibo
Plenam lagonam posuit: huic rostrum inserens
Satiatur ipsa et torquet convivam fame.
Quae cum lagonae collum frustra lamberet,
Peregrinam sic locutam volucrem accepimus:
„Sua quisque exempla debet aequo animo pati.“

multare	strafen, bestrafen
ciconia	Storch
prior	früher, als erster
invitasse	= invitavisse
patina	Teller
sorbitione, -onis f.	Suppe, Brühe
gustare	probieren, kosten
esurire	Hunger haben, essen wollen
revocare	zu einem Gegenbesuch einladen
revocasset	= revocavisset
interere, -o, intrivi, intritum	einbrocken, zerreiben
lagona	Krug, enghalsiges Gefäß
rostrum	Schnabel
inserere	hineinstecken
satiare	sättigen
torquere	quälen
collum	Hals
lambere	Lecken
peregrina volucris	Zugvogel = Storch
accepimus	= audivimus, nobis traditum est
aequo animo	ruhig, gelassen